

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales,  
historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam  
pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam  
transscripti summo labore, cura, ac fide

**Plutarchus**

**Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII**

In consolationem ad Apollonium

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

tilibus comparatione, & vno loco ad alterum collato videntur  
quedam posse corrigi.

IN LIBELLVM DE VIR-  
tute & vicio.

219. 3. Non foris est.] Ἐξωθεν εἶναι. Lego ἔξωθεν εἶναι.  
καλλιγραφία mendum adscribendū. Scriptus εἶναι habet perspi-  
cūē. Ald' nus notam, qua idem significat. Idem de Anchisa supra  
ῥόν & annotatum, rubrica habet σῶμα, quod magis sanē qua-  
drat. Reliqui senarij exstant integri πρὸς εὐδουρίας, & versus de  
igne Homeri est apud Herodotum in eius vita.

219. 26. Absq; face exurit.] Ἐπει ἄτερ δαλαῖ. Hexameter  
est Hesiodus. Luscinius: occultis viribus, vt videatur ἀνὰ le-  
gisse. Aldus & noster habent δαλαῖ. Sed in medio est Hesiodum  
poema. ἔργων. 703. In libello πρὸς φιλοπλετίας legitur, καὶ ἐν ὁ-  
μῶ γήραι δῖκην.

IN CONSOLATIONEM  
ad Apollonium.

221. 24. Oratio saucij.] Ψυχῆς γαστρῆς. apud Aeschylum le-  
gitur (sunt enim è Prometheo vincto qui exstat.) ὄργης. sed so-  
lent scriptores citare aliquando dicta aliorum leuiter ad propo-  
situm inflexa. In conuertendo meos posui, non Tullyj versus, qui  
reperiuntur in tertia Tusculana, vnde nullo, si liber, negocia  
petes.

223. 20. Et improbè egisset.] ἀποπὸν τε πεποιήκει. lego  
versus gratia πεποιήκει. Sed & postremi duo non sunt prorsus  
integri, cum quidem senarios esse liqueat. Lego autem priorem  
Ἀγαθὰ τὰ νῦν ὃ μέτεϊ ἐστὶ σοι κακὰ. Posterior sic videtur posse  
emendari:

ὡς ἀνὰ μέσον πε, καὶ τὸ λοιπὸν διηφείρε.

Vt particula ἀνὰ significet subaudito verbo substantiuo. Iam es  
in medio vtriusq; fortuna adhuc, neq; nimis secūdis, neq; nimis  
aduersis vteris rebus. Sed si cui secus videtur, non impedio quin  
sequatur quod volet, aut quod meliores libri suppetit abūt. mox

ἀφθονοῦ pro ἀνέφθονοῦ etiam scriptus habet. quorū hoc sententia aduersatur, illud rectè legitur.

224. 16. Vel minima nos.] Hic versus facile castigabitur ex Stobæo, apud quem exstat orationis C111. initio. qui mox sequuntur, ibidem adducuntur integri ex Oeneo Euripidis.

225. 35. Quod quadrigæ.] Τετρίππων νεύκην. Insolens, si non vitiosa locutio, lego τετρίππων νεύκην, cuius lectionis testimonia sunt permulta Pindari Odarum inscriptiones, & litterarum inculcatio inepta vsitatio fuit, quàm expedit, librarijs. Fuerat etiam in scripto idem factum, quod littera testatur.

227. 21. Qui censuit si in vnū.] τῷ διομένῳ δὲν σωεσενέγκου μὲν. Senarios de lacrymis paulo supra Comici ita legi, vt ratio ipsa legendos facile quemuis eruditum erat monitura. Heic verò si quis putat me delectari mutationib. receptæ lectionis, inq. ea re gloriolam aucupari, mihi ostendat velim, quo modo hæc sententia cohereat. Ausim affirmare Plutarchū (siquidem non prorsus ab hac qualicunq. scriptura velimus recedere: quod ego sanè faciendum minimè puto.) eum ergo ausim contendere hæc sic scripsisse, vti subijciam. τῷ διομένῳ, εἰ σωεσενέγκαιμεν εἰς, &c. Hac mihi emendatio videtur se omnibus eruditis & probis (quid enim est, cur alios curem?) probatura: tamen etiam in scripto idem quod in impressis reperi, vbi pro ἡσῶ καὶ μείζω δυσυχόντων, legitur ἴσα καὶ μείζω ἡσῶσύντων. & in margine est δυσυχόντων. Porro sententia hæc Socratis multorum scriptis est nobilitata, & est ita scitè apud Herodotum in Polymnia expressa, vt non possim me continere, quin ipsa etiam verba huc ponam; cum nostri verbis optimè conuenientia. Εἰ πάντες ἀνδρῶποι τὰ δίκαια κατὰ εἰς μέσον συνεικάμεν, ἀλλὰ ἕα δαυ βελομένοι τοῖσι πλεησίσιον ἐκνήσαντες ἀνὲς τὰ τῶν πέλας κατὰ, ἀσπασίως ἐλασοι αὐτέων ἀποφεροίαντο ὁπίσω τὰ ἐσενέγκαντο. Versiculum autem τίς δ' ἐστὶ δὲλ @ τῷ δανῆι ἀφθονοῦς ὢν, qui ita nullo sensu legebatur, restituo

fituo post δὲ αὐτῶν adiecta interrogationis nota, id quod ratio postulabat. Est enim subiectio seu διαλογισμός, atque ita alibi me legere puto recordari.

229. 2. Versus Simonidis distinxi.] Non quod ita scribendos omnino contenderem, sed ne ignoraretur esse versus, idque alibi etiam saepe feci. Pindari locum ex ipso autore emendare licet, exstat enim Oda tertia Pythiorum. Locus Euripidis est in Alcestide. καὶ ἐστὶν αὐτῶν, hodie legimus καὶ ἐστὶ δυνάτων. & pro ὅποι βίσηται, ὅι περὶ ἔσεται. Apud Stobaeum oratione C X V I I. legitur, εὐβίσηται.

230. 6. Nam parua mortis.] Τὸν ὕπνον. Memini me alicubi legere hoc dictum Menandro tribui, & senarium Iambicum integrum referri. ὕπνος τὰ μικρὰ, &c. Quod autem mox sequitur περὶ μνήσης, doctorum iudicium facio, an non certissima coniectura ductus, legerim περὶ μνήσης. ad enim vocabuli facillime in περὶ μνήσης ob literarum ὕ & ν similitudinem potuit depravari à librario non satis attento. Nimirum autem id voluit Menander Plutarcho interprete, quotidiano somno nos quasi initiari letho, & ad eius vim cognoscendam imbui. hoc potest certe περὶ μνήσης: περὶ μνήσης vox est à sensu huius loci alienissima. Sed haec verba τὸ γὰρ δεδωδῶσαι, &c. statim subiecta, mendosa haud dubie sunt, cum repugnent loci huius sententia. nisi interrogatiue legatur πῶς εὐδαίμων, &c. In scripto nihil auxiliij. Et qui saepe eum codicem correxit, ibi de suo (vt solent) senarium margini illeuit, quo testatur locum esse mutilum. τίς ἀν τὸ λείπον εὐχταστήσειέ μοι. Platonis locus extat in Phaedro, vnde haec est repetita tota disputatio. Post ἄλλο περιέχει τὸ σῶμα legebatur, pro quo legi ἄλλο παρῆχει, ἢ τὸ σῶμα. sententia hanc exigente mutationem, qua cum scripta lectione prorsus conuenit. Platonis ex apologia locum ex autore emenda. In fabula Cleobis pro ἠμίονων est ὄρέων, vox idem significans poetis. Vide & Stobaeum oratione C X I X. de his exemplis.

32. 5. Elyfio patri.] Τὸ τελευτῆς, τὸ pro ἡ reponere, secutus consue-

consuetudinem loquendi. patria enim Elysius iste fuit Terentius,  
 & ἡλύσιον constanter habet scriptus, per v. Cic. i. Tuscul. prope  
 finem conuertit hos versus, ostenditq̄, esse apud Crantorem, à  
 quo Plutarchum in hoc libro mutuatam multa satis apparet.  
 Erat autem vitiosum hoc loco, τὸν ἔν ἡλύσιον: legendumq̄, τὸ ἔν  
 ἡλύσιον, siquidem (de quo non dubito) genuinum est τὸ αὐτε-  
 δεῖν, cuius constructio dandi casum postulat, vel his ipsis, quæ  
 sequuntur verbis testibus, scriptus supra τὸν annotatum habet  
 eis. Τῶτον δ' εἶναι, ἢ τῶτο. Scriptus recte. αὐτὸς αὐτὸν αὐτὸν τῶ  
 τῶν, omnino Plutarchus scripsit αὐτὸν τῶν τῶν, de casu sibi:  
 ἢ τῶν. Scriptus etiam τῶν habet, & φέρε pro φέρε, quod  
 prefero, et si ω supernè corrector adnotauit. Iam oraculi versus  
 primus vt restitui sue possit integritati, non satis video: præs-  
 tim cum Cicero in vertèdis carminibus eam sibi libertatem in-  
 dulserit, vt non trepidè à verbis recederet, sensum vt cunque ex-  
 pressisse cōtentus. pro ἡφείν sane lege ἡφείν, ab ἐφομα. idq̄, probat  
 scriptus, sed vox quedam excidit. Cogitabam cum Tullij ver-  
 sione comparans scriptum fuisse:

ἢ αὐτὸ εἶναι ἢ πῶτον ἡλύσιον φέρες αὐτὸν.

Sed quid affirmem: tertio αὐτὸν adijcio Tullium secutus, qui  
 vertit:

Sic fuit vt ilius siniri ipsiq̄, tibiq̄,

233. 29. His neque defungi. ] οἱ δ' ἐδαυον. Iidem versus ex-  
 stant initio Pelopida. Legendum videtur οἱ δ' αὐτον, ἢ τὸ ζῶν, & in  
 Comici versibus de immatura morte προῦπι ὄτλη scribo, & ad  
 ἡφείν adiecti αὐ versus causa.

236. 10. Philosophorum priscorum. ] In consolatione ad  
 uxorem, tribuit hanc sententiam a Esopo, à quo autore prose-  
 ctam vsurpare philosophus iste, vt alij multa. potuit.

237. 4. Nam qui hæc. ] Hi quoque versus mendo non pror-  
 sus carent. Primus τὰῦτα inserto inter δὲ & πῶτον, recte vide-  
 tur posse perfici, cum Tullius habeat hæc. Secundum, sententia,  
 maxime Ciceroniana, docere legendum videtur, eis φεροντὸν δὲ

τὰς συμφορὰς. aut certe τὰς φοβητέας εἰς συμφορὰς. νεαρόν  
 mediam habet breuē. idē vltimū lego μὴ μοι τι νεαρόν ἀεσι-  
 σδόν. nisi manū μὴ μοι γα. Aethi poetæ mentio est etiam apud A-  
 thenaum. & Cycnum eius citat Hephæstio.

237. 39. Nutrix ego vestra. ] In Ionis versibus, ἡμῶν ἔχ' τὰ  
 ἡμῶν, est haud dubiè vitiosum. In scripto reperi ἐξ ἡλθόν ἡμῶ-  
 νῆται ἔχ' τὰς ἡμῶν τροφὸς, nostramq; in margine lectionem.  
 Vnde videtur fortasse legendum ἐξ ἡλθόν, ἡμῶν ἢ δὲ τῶν ἡμῶν  
 τροφὸς: vt sint verba vetule nutricis, qua & matrem & e-  
 ius prolem educârît. Posteriolem esse senarium iambicum li-  
 quet.

238. 29. Fortunas laudaremus. ] Impressus habet ine-  
 pte, & nullo sensu ἐπιμαχελίζομεν: cū & aliq̄ ad sint hic para-  
 tatici potentiales, vi particula αὐ itā significantes. Scriptus  
 recte.

242. 1. Res procutamus. ] ὅταν ἢ χηζῶσ' ad metrum re-  
 spiciens facile videbis versus huius emendationem. Sed tamen  
 cogitabam fortasse ἀνταφωρόναι legendum. alioquin erit ἀπὸ  
 ἀφωρόναι.

245. 18. Dilatorem. ] procrastinatorem, qui rei gerenda  
 diem subinde producit. Est autem proverbiū ex Hesiodico ver-  
 su sumptum, Operum 411. Αἰὲ δ' ἀμβολισσῶς ἀνὴρ ἀτρεῖς  
 πάλαι.

245. 37. Animi tranquillitate. ] εὐδῖνος ἢ εὐχέιτο. ἐξ ἡς,  
 & c. Lego. εὐδῖνος ἢ εὐχέλο, ἐξ ἡς.

247. 28. Hæc vita. ] ὁ βίος ἢ. Euripidis versus lacer. credo  
 autem scribendum ὄνομα ἔχει, πόνος & πῆρ ἄν, aut aliquid tale.  
 Videtur enim constare, id dici, vitam nomine suani af-  
 fectam, sed re ipsa miseriam esse. Sed & φασὶ paulo ante aliē-  
 num est, & superius ἐπιτελευχέμεν in margine, in textu ἐπι-  
 τελευχέμεν scriptus habet.

248. 9. Qui hic referuntur Pindari versus. & confu-  
 si sunt & mendosi. ] Distinxi pro libito. Leguntur & in  
 fine

fine libelli πειρὶ τῆς λάθης βιώσεως. pro σκιεράν lego σκιερόν. pro ἰσ-  
 ποίς ἰσπικίσις aut ἰσπείσις. pro τέραςφοναι, praefens τέραςπειλαι.  
 pro ἔρατων, ἔρατων. In posteriore lego, ὀλβία δὲ ἀπάντεος ἀί-  
 σα, λυσίπων & τελευτά. Id est, felici fato omnibus obtingit vi-  
 ta finis laboribus solvens. Item ζῶν ἢ λέγεται αἰῶν & εἰδωλον.  
 τῶτο (vel τὸ vt legitur apud nostrum in comparatione Thesei  
 cum Romulo) γδ μόνον. Ita mens vocabitur imago siue simula-  
 crum aternitatis, immortalis quippe, & diuinitus accepta. lego  
 etiam χαλεπῶντε per in somnium homines mouentur de iudi-  
 cio, quod fiet de vtriusq; generis rebus & actionibus.

249. 2. Socratis ad Calliclé. ] Λεχθέντα, τὸν Ἀθωνῶν.  
 legendum sic est, λεχθέντα πρὸς καλλιλέα τὸν Ἀθωνῶν. Lo-  
 cus exstat in Platoni Gorgia extremo. inde facile quae heic ali-  
 ter legantur, apparebit, vt ἄγ. vitiosis sit medendum.

IN PRÆCEPTA DE TVEN-  
 davalitudine.

251. 27. Publicitus pecuniæ aliquid. ] θεωεῖκόν τι νέμε-  
 ται τοῖς σωεῖσι ἴσσι. Sic est legendum. Caterum quid sint theo-  
 ritica, liquet ex Demosthene, & eius interprete alijsq; scriptori-  
 bus. Scriptus liber habet σωεῖσιν. Mox pro ἀνελόντες restitue  
 ἀνελόνας. Sic enim vsitatum est Græcos loqui. Sic Demosthe-  
 nes: ἢ μὲν οἶμαι γε δεῖν τῶν ἰδίων ἀσφάλειαν σκοπεῖν ὑπο-  
 εἶλασθαι. Pindarus: καὶ πάνθ' ἔρεοντ' ἀμυρῶσαι τὸν ἐχθρὸν.  
 Tullius: Viuere scientiam adhibentem earum rerum, &c. Et:  
 Decet augentem linguam Latinam nominare (sc. τῶν πειρῶν ἠθῶν  
 φιλοσοφίαν.) moralem. Sed sat is exemplorum in re illustri. ne-  
 que verò multis post verbis. ita ipse loquitur Plutarchus, ἔξω ἢ  
 εἰρηφοντα: & persæpe aliàs etiam in hoc ipso libello identidem.  
 & infrà eadem est correctione vtendum, vbi λέγοντ' & in λέ-  
 γοντα mutari debet.

252. 23. Nullum culinæ nidorem. ] Magni facio, vt de-  
 beo, aut potius plurimi, maximum illum Erasimum, itaq; veni  
 in suspicionem, ne is aliud fortè è bono codice legisset, quam hic  
 extat